

Babilone electa est ecclesia: Et marcus filius meus pro Babylone Romam significans. Erat autem Marcus ore: uerbis: gestu: ita compositus: ut quod diceret ageret ue: spiraret (Quod non sine deo est) cum prudentia sanctitatem. Tantum uero humilitatis extitisse feruntur: ut qui sacerdotis officium perimescerent: Quasi nimis amplius: & excelsum: sequitur eo munere minime dignum existimat: pollicetur sibi amputasse dicatur: quo parvus idoneus illi ministerio habetur. Anno autem domini primo & quadragesimo petrus apostolus Antiochenam ecclesiam constituta: quam septem annos rexerit: subrogato Euodio successore: Romanam ad propagandam latius christi fidem simonemque magnum qui illam acrius insectabatur: expugnandum cotendit: cum eo marcus profectus est. Romam igitur cum essent: maximam marcus Romanorum fratrum gratiam & amorem comparauit. Carior quotidie oibus esse. Vnum christum ihesum in ore habente: si quando preceptor maioribus intenderet urbis regiones perambulare: insectari idolorum cultum: Et de christi ueri dei celesti doctrina factisque mirabilibus: quorum ipse multa oculis accepisset: praeedicare. Quae cum maxima cunctis attentione audirentur: admirationemque parerent: Clemens pontifex maximus. Et papas hieropolitanus Episcopus: rogatum a fratribus tradunt. Ut quae ipse uidisset: & praceptorum de christo differenter auisset: litteris mandaret. Annuit ille: scripsitque gracis litteris euangelium. Breue illud quidem.

Prius tamen edere non est uisum: quod cum preceptore coicaret: Ipsiusque iudicio emendandum si uideretur subiiceret. Pio delectatus furto magister est: perbauit illud. Legendumque & uulgandum cunctis per orbem permisit ecclesiis haec Eusebius. Ut mirari se dicat Damianus: cur librum illum patres inscriperint non petro potius quam marco: scripsit autem ut martino historico placet. Anno domini primo & xl. postea uero quem petrus apostolus diffundendus latius fidei ardore succensus ad subigendas christianis nomini alias quoque provincias: quasi legatos dimittere instituisset: Urbis autem Aquileiae nobilitatem: frequentiamque intelligeret: placuit eam legationem marco potissimum demandare: cuius optime nosset: tum oris gratiam singularesque bene instituti animi uirtutes: tum uitae sanctimoniam: ut tam uerbo quam exemplo fructus ederet ubiores. Eam procurationem marcus alacri suscepit animo: non quod suae fideret uirtuti: sed quod quicquid ageret diceret ue omnem spe in summi dei clementia: & principis sui precibus iampridem collocauisset. Dies igitur & noctes ipsum deum obtestari: sibi uires non esse tantum patradas rei: consilium prestaret ipse & auxilium: De cuius ageretur: cum honore: tum religione propaganda. Responsum accepit: ut forti animo munus ariperet: diuinam illi opem non defutaram. Proficiscenti igitur. Aquileiam primam illi occasionem obtulit rei bene gerendae Athaulphus quidam